



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Conuersio vera ad Deum quâ fieri debeat: pœnitendi modus verus quis,
quibusq[ue] peccata facilè dimittantur. Cap. II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

ad eum habet excofos, vt vix ipforū meminiffe velit, aut vllas pro ipsis preces susci-
pere. Quoniā tamē in omnibus vijs suis iustus pariter ac misericors est Deus: per
misericordiam quidem suam poenam illis remittit æternam, ita tamen vt tem-
poraria poena iustitiæ suæ satisfiat. Cæteram quoniam tunc seuerius agetur cum
peccatoribus, quam vulgus hominum fortasse existimet, & diabolus tunc nul-
lum non mouebit lapidem, vt vel in fine vitæ per peccatum aliquod hominem
euerat, suæq; seruituti subijciat: ideo consultum foret, vt sponte à peccando
desistamus, dum adhuc sani valentesq; sumus, ac Deum queramus, dum inueniri
potest, & dum tempus est (nam alioqui breui hinc, velimus nolimus, discedendū
nobis est) & obuijs vlnis indulgentissimus Pater ita ad se reuerentes suscipiet,
omniaq; hostium terriculamenta, in hora mortis procul à nobis arcebit: ab om-
nibus cum peccatis, tum peccatorum supplicijs liberabit, meritaq; vitæ & passio-
nelarū impartiet, is maximē, qui ad hoc nunc per gratiam ipsius idoneos pa-
trūq; exhibuerint, quemadmodum mox plenius edocebitur.

Exosi adeo
Deo, quā
cur sint.
Psalm. 24.

Agenda esse
poenitentia
dum sani su-
mus.

*Conuersio vera ad Deum quā fieri debeat: poenitendi modus ve-
rus quis, quibusque peccata facile di-
mittuntur.*

CAPVT II.

Quum igitur quis ad Dominum conuerti voluerit, ante omnia districtam
omnium peccatorum suorum examinationem inear, oportet. Deinde
maxima cum indignatione ad se conuersus, ingratiitudinis suæ magnitu-
dinem, & diuinæ bonitatis inexhaustam multitudinem inuicem sibi conferat:
mox magna fiducia de misericordia Dei concepta, sacerdoti, qui supra se plena-
riam à Deo ligandi soluendiq; habet potestatem, purè confessus, satisfactionem
inunctam suscipiat. Postremo, firmiter secum decernat, non dico grauibus, sed
ne leuissimis quidem peccatis, scienter dataq; opera Dominum iteratò se offen-
surum. Sic deinceps irritamenta occasioneq; peccandi deuitet, semper in sancto
illo proposito immobilis perseverans, operumq; diuinæ gratiæ sedulo im-
plorans. Verūm, id poenitenti summo opere cauendum, ne propter contume-
liam, confusionem, dispendium, quæ sibi peccando lucrifecit, maiori cor-
ripiatur moerore, quam propter amantissimum illum patrem (quantum
in se fuit) contemptu & ignominia adfectum, parumq; honestè tractatum.
Nam minimum suspirium ita emissum, Deo est acceptius, quam omnis hominū
color sui duntaxat commodi causa extortus. Illa etenim poenitentia, quæ ex di-
uino provenit amore, fiduciam maiorem parit homini erga Deum, & in om-
nibus aduersis sufferendis spiritali lætitia lætiores facit: hæc verò priua-
tam potius spectat utilitatem. Quapropter, si omnia peccata tua facile tibi
mitiq; consideras condonari, cum intima cordis attentione reuolue summam
charitatem fidelitatemq; maiestatem Dei, immensam quoque passionis & me-
ritorum Christi thesaurum & gratiam, qui propter te, tuaq; delicta abluenda, sã
crude-

Conuerti
quomodo
debeat ho-
mo ad Deū

Poenitenti
quid maxi-
me cauē-
dum.

Poenitentia
vera quæ sit.

Peccata quo-
modo vere
poenitenti
eius dimit-
tantur.



crudeli se morti obiecit, tamq̃ superabundanter pro te satisfecit, eum tamen minima preciosi sanguinis eius guttula, plus satis sufficiens fuisse mille populos, aut mundos ab vniuersis flagitijs expiare. E diuerso, vide ingratitude tuam maximam, & spreta vilitate propriæ satisfactionis, valida immutabiliq̃ dilectione, te ad Deum tanquam ad fidelissimum tuum amicum conuerte, qui profus neminem ad se confugientem, sibiq̃ fidentem, repellere neque vult, neque potest: ac imperfectiorem tuæ satisfactionis in plenitudinem meritorum Christi immerge. Hoc nobilissimo thesauro & precio sufficientissimo, omnia peccata tua, omnem peccatorum tuorum pœnam planè redimere potes. Fieri etiam potest, vt tanta contritione, tanta charitate, tamq̃ firmo amplius non peccandi proposito, ad Deum conuertaris, vt omnia peccata tua licet arena maris numerosiora, & omnium creaturarum peccatis grauiora, in icu oculi ita perfectè tibi condonentur, ac si nunquam de ijs cogitasses quidem. Non enim recogitat Deus qualis aliquando fuerit homo, sed qualem inuenit, talem suscipit. Considerans igitur anima Deo deuota, benignam illam indulgentissimi Domini sui erga se clementiam, vt non solum omnes noxas suas gratis libenterq̃ sibi condonare, verum etiam iam consolari, & nouæ gratiæ infusione adiuuare dignetur, tanta interdum cordis contritione, suiq̃ displicentia compungitur, vt non solum Deum pro peccatis suis per eius misericordiam remittendis exoret, verum etiam ad honorem iustitiæ diuinæ, vtrò iustas eorundem peccatorum oportet dare pœnas. Et quanto eam Deus amplius consolatur, tanto peccata sua magis magisque ponderat, omni se consolatione indignam, omni verò supplicio dignam reputans. Quod si eo perfectionis euadere posset, vt æquæ accepta esset ei iustitia diuina, atque misericordia, omnia ipsius delicta in igne charitatis diuinæ citius consumerentur, quam vnica aquæ guttula in æstuantis incendijs flamma. Nam tum ad ipsum perfectè abnegationis apicem, conscendisset.

Conuersio
ad Deum per
fecta quæ
quid efficiat.

Contritio
vera quæ.

Abnegatio
sui perfecta
quæ.

*Quenam sunt quæ penè cunctos impediunt quo minus ad perfectionis Christianæ metam per-
tingant.*

CAPVT III.

Matth. 16.
Lucæ 9.
Galat. 5.
Via ad vitam
æternam
quæ
Sapient. 1.
Animæ im-
maculatæ
natura quæ
fit.
Gratiæ ad
solem com-
paratio.

SI quis vult venire post me, inquit Christus, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me. Qui Christi esse vult, carnem suam cum vitijs & concupiscentijs suis crucifigat, oportet. Nec enim alia est via ad vitam æternam, quam resistere peccatis, deserere, persequi, & funditus vsque ad viuum ijs emori, atque ita Deo per vinculum charitatis firmiter adherere. Nam in malivolam animam non intrat sapientia diuina, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Quæ admodum enim lapis suapte natura deorsum mouetur, ita casta & immaculata anima ab omni affectu peregrino & vitiorum visco depurata, sursum in Deum moueri debet. Ipse enim est peculiare animæ centrū, ipse finis, propter quæ creata est. Et quæadmodū sol radijs suis vniuersū per lustrat orbē, ita diuinæ gratiæ splendor illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, paratus omnibus adesse & sub-